



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXIX. Der Convent des Klosters Arendsee bekundet, was Gebhard Wolf
und dessen Bruder Johann von Gladigau ihm im Dorfe Sannen zugewandt
hat, am 12. Mai 1298.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

qui huic interfuerunt donacioni, petiuimus presens scriptum sui sigilli munimine in testimonium roborare. Nos quoque sigillum nostri conuentus presentibus in signum perpetue certitudinis duximus apponendum. Sunt autem testes huius facti Dominus martinus, plebanus in malechin, Dominus Johannes pomerinus (sic) in dargun, clerici, Et tunc temporis consules ciuitatis Malechin, videlicet Guntherus sepefatus, Thidericus Gubo, Johannes de pinnow, Johannes de vttekow, Wilbrandus, Gherardus Berenvreter, Thidericus de Brenns, hermannus de dukow, Item Hermannus de pifce, Johannes de Jeffin, et alii quam plurimi fide digni. Datum Malechin sub anno domini M^o. CC^o. XCVIII^o., Septimo Idus maii, feria sexta ante ascensionem domini proxima. Per manum hinrici, tunc rectoris scolarium in Malechin.

XXIX. Der Convent des Klosters Arendsee befundet, was Gerhard Wolf und dessen Bruder Johann von Gladigau ihm im Dorfe Sannem zugewandt hat, am 12. Mai 1298.

Vniuersis presenciam visuris siue auditoris Ludolphus, dei gracia prepositus, konegundis, Priorissa, et Conuentus ancillarum Jesu Cristi Monasterii in Arnse verdenfis dyocesis Salutem in virginis filio crucifixo. Noueritis, quod Gherardus lupus, cuius anima in Beatudine requiescat, in sui testamenti ordinatione de consensu et beneplacito Johannis, fratris sui, dicti de Gladegowe, Necnon legitimorum heredum suorum omnium, non solum pro sue anime salute, verum eciam cunctorum progenitorum suorum remedio, nobis et monasterio nostro duos Choros filiginis in villa Sannem in Curia henrici dicti de yedesse dedit et contulit perpetuo possidendos, Cuius curie cultor robore aduocacie, quam a predicto Johanne de Gladegowe pro nostra pecunia comparauimus, in solucione trium modiorum auene XX denarios annuatim censuali nomine et ad seruicia nobis et ecclesie nostre exhibenda et ad dandam mediam partem minute decime iugiter fit alstrictus. Verumptamen Alheidis et Mechchildis, sorores predictorum fratrum de Gladegowe, nostre moniales, de prehabitis duobis choris Siliginis vnum chorum, quoad vixerint, tollent et in suum usum conuertent, prout eis videbitur expedire, Ita videlicet, vt cum vna earum decefferit, medietas chori simul nobis conuentui cedet, Sed post mortem ambarum sepedictus chorus filiginis ad nos et nostram ecclesiam libere deuoluetur. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum vna cum sigillis honorabilium virorum domini Gheuehardi de Gyschowe et domini philippi de Stockem, eo quod presencialiter interfuerunt, presentibus est appensum. Datum anno domini M^o. CC^o. XCVIII^o., III^o. ydus maii.